

- Dum fugit, & fessæ requiem ludumque senectæ
 Luce procul quærit, per amœnos abditur agros
 Silicis, herooque indutus crura cothurno
 Cannarumque diem Pœnasque ulciscitur artes
 40 Romanâ virtute premens, Libyaque sub ipsâ
 Scipiades^{b6} sistit victor, cantuque triumphans
 Magnanimo victæ fatis pacem imperat urbi.
 O felix ausorum heros, excussa Tyranno
 Urbs Solymûm⁷ cui vindicias, nec-barbara sceptrâ
 45 (Quamvis haud diuturna, tamen satis incluta) debet
 Maumetis⁸ pressa ante jugo: tibi præmia solvit
 Historiæ jurata fides, famamque perennem
 Conciliat, tua gesta annis venientibus edens,
 Et sero, dum mundus erit, celebranda nepoti.
 50 Nec minus æternas laurus regina sororum
 Circumdat tibi Calliope, cantuque potenti
 In superos te atque astra vehit: nec enim Itala tantum
 Plectra tibi choreæque sonant: Germania mater
 Jam quoque magnificis te te concentibus effert,
 55 Et tantum populis orbique ostentat alumnum.
 Cuncta licet sævi perimat dens invidus ævi,
 Dejiciatque suo rapidum de culmine tempus
 Ferratas etiam turres: licet atterat æra [464, recte: 466]
 Longa dies, nec non consumat saxa vetustas;
 60 Tu tamen, ô, tu vive Liber, semperque superstes
 WERDERO patriæque suum decus assere magnis
 Auspiciis fretus: nec enim te mascula tantum
 Pubes, virgineique chori laudantque petuntque,
 Mirati sensusque graves, castosque lepores,
 65 Atque habitus, moresque viris exempla daturos;
 Sed quoque purpurei Proceres, sed culmina rerum
 Te celebrant gestantque sinu; quin maximus ipse
 Cæsar⁹ amat, sacramque^c manum tranquillior offert,
 Et legit, æternosque legens aspirat honores.

II

Augustus Buchners und Martin Opitz' Trauergedichte auf Johann Seuß

- Q [Kupfertitel mit Seußes Porträtbüste, Wappen¹ und Devise: „Non Dormit qui Custodit.“] Serenis. Elect. | Sax. Secretarii. | Iohannis Seussii, | Nob. et Amplissimi | Viri | MANES. | WITTEBERGÆ [1631] (HAB: 590.10 Qu. [5]), S. 26–31: (Augustus Buchnerus:) ELEGIA; S. 31–33: (Martinus Opitius), zit. O. In dem Bändchen (12°, Titelbl., Rücksl. leer, S. 1–56 lat. Gedichte, 1 Bl. mit lat. Widmung der Witwe Sophia